e-codices

N iſi ille qui prebet cibum. To ita eſt hoc tu mihi reperire argentum poteſ
Sa C upio hercle. To tum tu me ſine illam uendere. Sa tun illam
V endas. To immo alium allegauero quendat qui eſſe ſe peregrinum predicet.
S icut iſtic leno nondum ſex menſes megaribus hunc commigrauit
Sa P ereunt reliquie. poſteriuſ iſtuc tamen poteſt. Te ſcis quod poteſt
N unquam hercle hodie hic priuſ ediſ ne fruſtraſis quin te hoc facturum
Q uod rogo affirmas mihi atque: niſi gnatam tecum huc iam
Q uantum poteſt, adducis. exigam hercle ego te ex hac decuria
Q uid nunc quidem quid dicis quid facturuſ ſis. Sa queſo hercle
M e quoque etiam vendaſ lubet dum ſaturum vendaſ
To H oc ſi facturus face. Sa faciam equidem que viſ. To bene facis
P ropera abi domum premonſtra docte precipe aſtu filie
Q uid fabuletur ubi ſe natam predicet qui ſibi parenteſ fuerint
V nde ſubrupta ſit: ſed longe ab atheniſ eſſe ſe natam autumet
E t udt adfleat quom ea memoret. Sa etiam tu taceſ
T er tanto peior ipſa eſt quam illam tu eſſe uiſ. To Lepide
H ercle diciſ. ſed ſcin qui facias. cape tunicam atque zonam.
E t clamidem afferto et causia eſt quam ille habeat qui hanc
L enoni huic uendat. Sa eu probe quaſi ſit peregrinuſ
L audo. To et tu tuam gnatam tamen ornatam adduce
L epide in peregrinum modum. Unde ornamenta
A b ſtoragro ſumito dare debet prebenda ediles locauere
To I am faxo hic aderunt: ſed ego horum nihil ſcio
Sa N ihil hercle uero: Nam ubi ego argentum accepero
C ontinuo tu illam a lenone adſerito manu ſibi habeat
S i non extemplo abeo abduxero abi & iſtuc cura
E go puerum uolo mittere ad amicam meam ut habeat
A nimum bonum me eſſe effecturum hodie nimis. Longum loquor.

SOPHOCLIDISCA. LENA LEMNISSELENE ANCILLA.

S Atiſ fuit indocte inmemori inſipienti dicere totiens
Nimiſ tandem me quidem pro barba et pro ruſtica reor habitam
E ſſe abite quamquam ego uinum bibo at mandata non conſueui ſimul
B ibere. unam equidem iam ſatis et ſpectatam cenſueram eſſe
E t meos moreſ. nam equidem te iam ſector quintum hunc annum
C um interim credo cuius ſi in ludum iret potuiſſet iam fieri
V t prope litteras ſciret cum interim meum ingenium fanſ non edidiciſti

Licenza: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 205r – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/it/fmb/cb-0138/205r)